

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

---

Jacob Hieronymus Lochner Liborius Depkin

**Semicenturiam ... Thesum miscellanearum Philosophicarum, Philosophorum Consensu, Praeside ...  
Jac. Hier. Lochner/ Norimb. P. L. C. ...**

**1 : / publico sobrie philosophantium examini sistit Liborius Depkin/ Rig. Liv. SS.  
Th. & Ph. St. Autor & Respondens A. M.DC.LXXV. d. 7.**

Rostochii: Kilius, 1675

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn749879629>

Band (Druck) Freier  Zugang 

Ru phil 1675  
Jac. Nier. Lorkner 11  
Liberius Deprin



Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn749879629/phys\\_0002](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn749879629/phys_0002)

**DFG**

D. F. G.  
**SEMICENTURIAM PRIOREM,**  
Thesum miscellanearum Philosophicarum,  
Philosophorum Consensu,  
PRÆSIDE  
*Viro Precellentissimo*  
**DN. M. JAC. HIER. Lochner / Norimb.**  
P. L. C.

publico sobriè philosophantium examini sistit  
**LIBORIUS Depkin / Rig. Liv. SS. Th. & Ph. St.**  
Autor & Respondens.

*A. M. DC. LXXV. d. 7. Aprilis*  
In Auditorio Majori horis consuetis.

---

ROSTOCHII, Typis JOHANNIS KILII, Acad. Typogr.

D A G  
S E M I C E N T U R I A M P R I O R E M  
T h e o d o r u s m i n i s t r a n s p l o g i c i s t u m  
S p i s o p h e r u s e c o l o g i s t u m  
B R E D O S  
e u s s a c u r u s e c o l o g i s t u m  
D N M I A G H I R S e c u r u l u n o l i m p  
B R E C  
E R O T I C S C H I L I U S H I G H L I C H E R  
A n t o n u s R e b o u d e r  
A M D E V I N C I U S M I C H I E L  
I N A n d r o g o n H e l o n I o n s C o u r a t i s  
R O S T O C K I U S J O H A N N I S Z I D U A n d T h o m



### Thes. I.

**T**ritissimum illud: *Nihil dicitur, quod non dictum sit prius; vim infert veritati.*

### II.

*Qui autoritati cuiusdam Philosophi, ratione veritatis posthabitā, subscribendum esse monitor est, judicium prodit parum Sapientis Hominis.*

### III.

*Rectissimè Grotius in Proleg. de Jur. Bell. & Pac. Nobis propositum est Aristotelem magni facere, sed cum ea libertate, quam ipse sibi in suos Magistros, veri studiō, indulxit.*

### IV.

*Scepticus distinguitur à Cartesio dubitante.*

### V.

*Invidiam magis, quam liberum philosophandi animum, produnt, qui Cartesiana principia pestilentissima proclamantes, eanec digna fere, ut illorum nomen in Republica Philosophica audiatur, judicant.*

### VI.

*Suspensionem judicij Cartesianam incepit Revius in Levitate pag. 315. cum suspensione furis comparat, dicens: expendat Lector quomodo possit quis ut falsum abjecere, quod tamen non judicat esse falsum. Hoc sane non minus injurium esset, quam ut furem aliquem suspenderes, quem non judices esse furem.*

### VII.

*Benè Maresius in Judic. de Theol. Pacif. Wittich. Iadic. Controv. præfixo. Putem eos pessimè facere, qui Cartesium habent pro infallibili, & pluris faciunt ipsius scripta, quam DEI Oracle. Sed malè. Idem in Dissert. de Abus. Philos. Cartes. art. 14. ait:*

14. ait: *Cartesianos velle, ut sibi fides habeatur, propter suum  
autem ēp̄a Pythagoricum.*

VIII.

Præcipuum Errorum originem præjudicatae infantiae opinio-  
nes præbent: Plerumque & haec in reliquam quoque hominis æta-  
tem redundant: Quin omnis vita has ipsas in nobis confirmat.  
Quapropter non minima Philosophi Cura esse debet, ut præju-  
diciarum origines tollat.

IX.

Negatio aliud est Cartesio, aliud dubitatio. Iuriam ergo  
infert Cartesio *Revius*, qui Cartesium dubitantem omnes fidei ar-  
ticulos negasse scribit.

X.

*Non omne quod est, est vel Substantia vel accidentis.*

XI.

Malè nonnemo Cartesi principio utitur, qui in demonstran-  
da figura nivis sexangulari ait: *Dubitandum esse & nihil creden-  
dum, nisi quod clare & distinctè fuerit cognitum & demonstratum.*

XII.

*Non & que Philosophaturo certum est: Ego loquor, edo, amo-  
bulo: Ergo sum: atque illud: Ego cogito, Ergo sum: & tamen-  
& que certum est utrumque Philosopho.*

XIII.

*Non pauca dantur vocabula, quibus modò substantia, modò  
etiam attributum significatur.*

XIV.

*Metaphysica, à quibusdam si non melius, certè non incom-  
modè Ontosophia vocatur.*

XV.

*Res intelligitur per sua attributa, (vel si mavis affectiones)  
positiva, absoluta & propria melius, quam per negativa, respe-  
ctiva & communia.*

XVI.

*Essentia & existentia realiter non differunt.*

XVII.

*In infinitum & indefinitum quam maximè distant.*

XVIII.

XVIII.

Cartesius accidentibus non omnem realitatem adimit.

XIX.

Maresius all. loc. art. 81. Confusè res spirituales concipit, dum ait: *DELLIM esse ubique repletivè convenit ejus naturæ spiritali. quo enim res subtiliores sunt, & magis accedunt ad naturam spiritualem, eo plura replent spatia, ut experimur in luce, in odore, in sono: è contrario corpora densiora potius occupant loca, ex illis alia corpora expellendo.*

XX.

Quicquid est, alicubi est: de corporibus dictum putamus. Hoc Spiritui, ut sic, nullus vel motus vel locus competit.

XXI.

Quædam in Mathesi pertractata, non incommodè ad Metaphysicam spectant.

XXII.

Duo, eodem tempore nati, tandem aliquando uno vel altero ætatis die distare possunt.

XXIII.

Macao Urbs maritima Chinæ & Insulæ Philippinæ sunt duo loca vicina, & tamen quando in Macao est dies Dominica, in Philippinis est dies Saturni: Quæ ratio?

XXIV.

Pleraque Mappæ Geographicæ Sinum Californiæ ostendunt, num verò extra illas in Orbe nostro reperire licet, recentiorum nonnulli dubitant. Pariter etiam fretum Anian nemo hactenus demonstravit.

XXV.

Ratio illa, quam à nivibus in regionibus frigidis, & vivo tempore non liquecentibus, adeoque à mundi origine in magnum cumulum collectis pro ovalis terræ figura probatione, affert Job. Childeus in Britannia Baconica, speciosa quidem est, non tamen sufficiens.

XXVI.

Qui Indiam Orientalem ex Europa petunt, plus temporis opus habent, quam qui ex India Orientali Europam petunt.

A 3

XXVII.

XXVII.

Navigium per ærem *Franciscus Lana* probat non sine rationibus & experimentis.

XXVIII.

An globus terraqueus in medio mundi sit collocatus? demonstretur nobis.

XXIX.

Utut frequentissimè de horologiorum nostrorum concordia discordia conqueramur necesse sit; licet tamen affirmare, non nunquam eosdem æquius partiri horas diei, quām solem.

XXX.

Sicuti astra prius videri possunt, quām in Horizonte oriuntur; Sic quoque & alia visibilia certi possunt, etiamsi, inter illa & oculum, obstacula crassa & opaca sint constituta.

XXXI.

Risum teneatis Amici: Stellas à vigilibus nocturnis die speare jubemur! Et certe videre possumus.

XXXII.

Quoties terra videt Eclipsin Lunæ, toties Selenitæ, si qui sunt, vident Eclipsin Solis, & quidem totalem, cum mora. Unde pariter, quoties terra habet Eclipsin Solis, toties etiam Luna Eclipsin patitur: Nulla quoque est Eclipsis Lunæ, quin & terra Eclipsio patiatur. Quid ergo prohibet, quo minus dicamus, Solis, Lunæque & Terræ Eclipses simul contingere?

XXXIII.

Nimis lubricum videtur fundamentum divisionis cœlestium domuum in Genethliacis.

XXXIV.

Sensu Aristotelis nonnihil immutatō Recentiores orbes reales in cœlo statuunt.

XXXV.

Causa varietatis intervallorum nostri & Pontificiorum Pascatis erroribus nostri Calendarii hactenus potiori jure adscribitur.

XXXVI.

Distinguunt nonnulli inter mentiri & mendacium dicere; an non melius inter mentiri & fallum dicere?

XXXVII.

## XXXVII.

Poëtæ propriè non mentiuntur, dum sub fictis fabellis re-præsentant utilia vita monita aut etiam historias, licet nunquam verae fuerint. Quid verò de iis dicendum, qui oblectationis gratiâ argutias & honesta joca proferunt, à vero quidem, uti videtur, paululum abludentia, revera autem sensum abditum & probum habentia? interrogantibus respondebimus in confictu: Interea tamen omne mendacium cum peccato conjunctum affirmamus.

## XXXVIII.

*Est & ἡμίηντος suis coercenda limitibus.*

## XXXIX.

Anne magis convenit ebriis veniam dare? Affirm.

## XL.

*Qui servo sui occisionem mandat est αὐτοχειρ.*

## XLI.

An sine αὐτοχειρίας criminè aliquando ignis pulvri pyro subiecti possit, ut classiarii cum navi discerpantur? quærenti affix-mamus.

## XLII.

Alexander Magnus minimè Herois titulò condecorandus. Ecquà enim fide eum pronunciaveris decorum virtutibus, quem- ventuosa superbia paterni nominis tædiò habitusque & morum Macedonicorum designatione corripuit, & stultà divinitatis opinione fascinavit? Taceo Clyto, ebrietatis & iracundiae insanìa, illatam necem, quam, respirante ex furore animo, ad facinus expiandum, proprià cæde compensare gestit: Quæ quidem omnia & plura consimilia Monumentis prodiderunt Plutarchus, Curtius, & alii: Ue adeo non erubescamus subscribere illi Seneca, l. 1 de benef. c. 13. qui Pelleum hunc Juvenem Virtutis encomiis indignum censet, quod à pueritia latro exsisterit, gentiumq; vassator, tam hostium perniciēs, quam amicorum: quod summum bonum duxisset terrori esse cunctis mortalibus. Conf. Exc. Do. Dürrium. P. i. sph. I. p. 8 Eth. Parad.

## XLIII.

Parum ubi constant de sua Conscientia recentiores Conscien-tiarii.

## XLIV.

XLIV.

Judex nec contra acta & probata, nec contra conscientiam agere tenetur.

XLV.

Quæritur: An juvenis sit idoneus auditor Politice? Respondent: Distinguendum esse inter juvenem ætate & juvenem moribus: Hoccine sufficit?

XLVI.

Filius in Magistratu constitutus Patri privato, pro respectu diverso, & præferendus & non præferendus est.

XLVII.

Datur obsequium brutum, quod vel unicum illud Kiei, XVII, Chinensium Imperatoris, ejusque Conjugis Vihia exemplum probat: Scilicet ingens illi terræ spatum, in stagni modum excavatum, naviumque capax, jussere vinō impleri, cuius in ripa tria hominum millia per circuitum, pronō ore, canum inßar, procumbentium, è lacu ad satietatem & vertiginem usque se ingurgitarunt: Ita poti ad sylvam proximam, quam carneam dixere, titubarunt, ut vinō jam madidi, epulis quoque se infercirent; Ex eis enim nemorū arboribus quotidiè boves, apri, cervi, aliaque id genus animalia, jam assata, pendebant, eorum gula parata, qui è lacu bibissent. Alterum spectaculum longè nocentius excogitarunt: Palatiō, quod secretum vocabatur, in eam rem magnifice exstructiō, us ex utroque sexu juvenes formā prestantes undique conquisiūti, ueste & pudore positō, nudi promiscue habitarent, cuius fædissimè consuetudinis arbitri & laudatores Regit Conjuges alienā voluptate se oblectabant.

XLVIII.

Ocar. Dr. gew. G. non minus verē, quam seitē Germanis effertur Gott-Mensch.

XLIX.

Insucatus idem est quod fucatus.

L.

Lehren / hören: Melden / freuden: Ehren / beschweren: Lieben / üben: & similia nobis Rythmos in Poësi Germanica constituunt.

T A N T U M.



Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn749879629/phys\\_0011](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn749879629/phys_0011)

**DFG**



Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn749879629/phys\\_0012](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn749879629/phys_0012)

**DFG**

## XXXV

Poëtæ propriè non mentiuntur  
præsentant utilia vitæ monita aut ei-  
veræ fuerint. Quid verò de iis di-  
argutias & honesta joca proferunt  
paululum abludentia, revera autem  
bentia? interrogantibus respondebit  
omne mendacium cum peccato conj-

## XXXV

Est & *πρόσημα* suis coercenda

## XXXII

Anne magis convenit ebriis ve-

## XL.

Qui servo sui occisionem man-

## XL.

An sine *ἀνοχείᾳ* criminè  
subjici possit, ut classiarii cum nav-  
iamus.

## XLII

Alexander Magnus minimè  
Ecquà enim fide eum pronunciave-  
rentuosa superbia paterni nominis  
cedoniconrum designatione corrup-  
fascinavit? Taceo Clyto, ebrietatis &  
cœm, quam, respirante ex furore a  
propriâ cœde compensare gestit: C  
similia Monumentis prodiderunt P  
adeo non erubescamus subscribere i  
Pelleum hunc Juvenem Virtutis en-  
pueritia latro extiterit, gentiumq  
eies, quam amicorum: quod summa  
cunctis mortalibus. Conf. Exc. Do. D

## XLII

Parum ubi constant de sua C  
eiarii.

fictis fabellis re-  
, licet nunquam  
lectationis gratiâ  
m, uti videtur,  
m & probum ha-  
u: Interea tamen  
amus.

firm.


g.

nis pulveri pyrio  
? quærenti affig-

condecorandus.  
irtutibus, quem-  
ue & morum Ma-  
ritatis opinione  
saniâ, illatam ne-  
hus expiandum,  
ania & plura con-  
rtius, & alii: Ut  
le benef. c. 13. qui  
um censem, quod à  
m boſium perni-  
uxisset terrori esse  
n. I. p. 8 Eth. Parad.

entiores Conscien-

XLIV.



the scale towards document

Image Engineering Scan Reference Chart T263 Serial No.